

PRAESES

RESPONDENTI

S. D. P.

DE fidei ac fidelitatis æquilibrium publice mecum disputaturo tibi, carissime MORGENSTERN, hoc ipsum in praxi quam maxime commendo, ut hac ratione ipse per omnem vitam vivum sis exemplum regulæ, seu dissertationis nostræ. Eris vero quam certissime, si, quod spero, & pro data ac repetita excitatione mea, confido, tuam in studiis diligentiam, mihi aliisque spectatam, non solum cum vitæ honestate, hucusque itidem servata, sed etiam cum veri nominis pietate, quam gratiæ principium ac unctio gignit, nunquam non conjunxeris. Quod diligentia ac pietatis æquilibrium quo in te erit exactius, eo exactiorem in mente ac vita tua *ισοστάθειαν* fidei ac fidelitatis gignet. Ad quem institutionis nostræ scopum fructumque ut etiam hæc disputatio, tanquam perpetuum hujus rei *μνημόσυλον*, non parum conferat, ex animo opto. Vale, non immemor nominis tui egregii, quod tibi cultum ac imitationem veri nostri PHOSPHORI Iesu Christi Apoc. XXII, 16, merito religiose commendat.

Coll. diss. A. 66, mit. 59